



**R. P. Ioannis De Lvgo Hispalensis, E Societate Iesv, In
Collegio Romano eiusdem Societ. olim Theologiæ
Professoris, nunc S. R. E. Cardinalis, Disputationes
Scholasticæ, Et Morales, De Sacramentis in ...**

Lugo, Juan de

Lugduni, 1652

9. De effectibus huius Sacrificij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82340)

iure naturæ, & non solum præcepto positivum; atque ideo non posset dari Ecclesiæ potestas ad dispensandum in hoc, quia sit irreuerentia grauis sacramento, usurpando formam sacramentalem, & profecto illa nomine Christi irrisoria, & omnino frustrata: quæ irreuerentia iure naturæ est prohibita: sic esset irreuerentia grauis, velle, & inchoare hoc sacrificiū in materia inepta, vt in aceto, vel oleo, quia esset assumere personam Christi, qui est principalis Sacerdos offerens per suos ministros, & eius nomine offerre, seu facere, quod Christus per actionem nostrā incipiat offerre Deo sacrificiū in materia inepta, atq; adeo irrisoria: quæ esset grauissima irreuerentia contra Christū, qui offert, & contra Deum, cui offertur. Similiter ergo esset irreuerentia grauissima inchoare nomine Christi, seu facere, quod ipse per nostrā actionem incipiat offerre Sacrificiū Deo, quando illud Sacrificiū offerri non potest: quod enim illa impossibilitas proueniat ex ineptitudine materiae, vel ex incomplemento, aut defectu materiae completæ, parum relet, cum in vtroq; casu actio illa æque inutiliter, & abque spe Sacrificij offerendi fieret, atque adeo esset inchoatio Sacrificij irrisoria & vanitas: in quo etiam malitia intrinseca constituit, non solum contra præceptum Diuinum positivum, sed contra naturalem, in quo procul dubio Ecclesia dispensare non potest.

Hinc ergo iam ad fundamentum contrariæ sententiæ facili respondetur. Dicimus enim, quidquid sit, an Ecclesia possit aliquando dispensare in præcepto Diuino positivum; nunquam tamen posse in præcepto de iure naturali Diuino, quale est, non exercendi nomine Christi actionem sacrificandi vanam, & frustratoriam, prout fieret in hoc casu, cum non posset Sacerdos valide consecrare sine aliqua intentione implicita sacrificandi, vt diximus. Illa vero inconuenientia, & detrimenta, quæ sequerentur, si non posset in illa necessitate dispensari, præuidit optime Christus, qui tamen hoc sacrificiū ita instituit. Et certe in tot sæculis eiusmodi necessitas adhuc non occurrit, & credibile est, nunquam futuram; quia in remotissimis India regionibus, in quibus vini penuria est, imo in aliquibus etiam triticis, vt in Insulis Philippinis, vt triticum non generatur, experientia docet, asportatione non solum ad sacrificiū, sed etiam ad potum communem abunde suppleri. Vnde falsitatis aperte conuincitur, quod ex vno Volaterrano alij retulerunt, dispensatum cum Noruegis, vt consecrarent in vna sola specie panis, cum constet, apud illos vinum ad sacrificiū, & ad potum non deesse: & ipsa historia falsitatem suam prodidit, dicit enim, concessum illis fuisse, vt calicem sine vino sacrificarent; quod absque manifesto errore concedi non potuit, vt constat. Quod autem Claudius Sainctes dicit, Innocentium quartum cum Noruegis dispensasse, constat fuisse errorem, dum pro Innocentio octauo, quem Volaterranus refert, dixit Innocentium quartum, de quo nullus vnquam historicus talē dispensationē retulit.

120.
Ad confirmationem Respondetur.
Ad confirmationem, Respondetur, Ecclesiam, si id faceret, dispensaturam non solum quoad vsum, sed etiam in substantia sacrificij, quia, vt probatum est, vel deberet facere, quod vna species significaret id, ad quod significandum non est à Christo instituta, vel quod Sacerdos consecrare posset absq; vlla sacrificandi intentione, quæ omnia variarent substantiam institutionis Christi, vt explicuimus.

121.
Obicitur vltimo.
Obicitur vltimo; ergo Ecclesia non potest feria sexta in Parasceue offerre sacrificiū sub vnica specie. Mag. Nugus in præfati art. 1. in 1. p. tract. paulo ante dub. 3. concedit id non potuisse fieri sine dispen-

satione in iure Diuino, quam Ecclesia peculiariter habuit à Christo ad illum diem, vt celebraret contra legitimum, & cōmunem ritum huius sacrificij. Hoc tamen sine fundamento sufficienti dicitur, & cum aliqua iniuria Ecclesiæ Græcæ, & eius sanctorum Patrum, & Conciliorum, quæ statuerunt per totam ferre Quadragesimā eodem ritu celebrari ex speciebus panis præconsecratis sine speciebus vini; & quidem Concilia non curarunt de obtinenda prius aliqua dispensatione Diuina, vt liceret sacrificare in vna specie. Ad obiectionem ergo respondetur ex dictis, illo die non fieri sacrificiū nouum, sed consummari adhuc in parte specierum asseruata sacrificiū præcedenti die factum, & consummatum, quoad aliam hostiam: quia illa sumptio sequentis diei pertinet ad idem Sacrificiū diei præcedentis, & extendit consummationem illius, vt supra dictum est.

SECTIO IX.

De effectibus huius Sacrificij

Suppono ex dictis, & dicendis, plures esse personas offerentes hoc sacrificiū, scilicet Christum, qui est principalis Sacerdos; ministri item, seu Sacerdotes celebrantes; Ecclesiā, quæ eum designat, vt eius nomine offerat; circumstantes, dātes stipendium, & alios cōcurrentes: in ordine ad quos omnes possumus effectus sacrificij considerare; atq; ideo possumus inuenire in eodem sacrificio meritum, impetrationem, & satisfactionem. Et quidem meritum non habet hoc sacrificiū, prout offertur à Christo, qui iam nunc non est in statu merendi, licet per hoc sacrificiū, sicut etiam per sacramenta applicet merita sua præterita. Oritur quidem hoc sacrificiū ex voluntate illa bona, & meritoria, qua illud instituit, & delegauit alios, vt offerret eius nomine; nunc tamen per hanc actionem non denominatur de nouo mereri. Ecclesia item, licet sit offerens, non tamen meretur proprie, quando hoc sacrificiū offertur, quia licet voluntas, qua Sacerdotem designauit, vt eius nomine offerret, fuerit honesta, & meritoria, nunc tamen illa voluntas non existit, nisi habitualiter: nemo autem potest actu mereri, nisi quando actu operatur. Solus ergo Sacerdos celebrans, aut alij immediate offerentes merentur, dum offerunt; & hoc quidem meritum erit de condigno, si adiectæ conditiones requisitæ, cum sit opus bonum factum in statu gratiæ: erit autem ex opere operantis nam condignitas meriti debet tota fundari in opere ipso, & dignitate personæ. Vnde et si per errorem apponeretur panis ex hordeo, & vinum ex pomis, adhuc meritum offerentis esset æquale; sicut si aliquis volens dare pauperi monetam auream, daret per errorem aream, non minus mereretur, cum rota mensura meriti ex voluntate desumatur. An vero sacrificiū ipsum ultra meritum operantis augeat gratiam habitalem, dicemus postea.

Impetratio considerari potest in ordine ad proxime offerentes, vel in ordine ad Ecclesiam, quæ remotè offert, vel in ordine ad Christum, qui etiam principaliter offert per suum ministrum. Et quidem de proximè offerentibus non est dubium, quin per hoc sacrificiū, sicut per alia bona opera, possint impetrare. De Ecclesia posset magis dubitari: sicut enim ob defectum voluntatis actualis, diximus, ipsam non mereri; videtur etiam, quod nec possit impetrare: nam ille solus impetrat, qui orat; oratio autem debet oriri à voluntate.

Ad hoc tamen facile respondetur, ad orandū vel impetrandū sufficere, quod aliquis oret, vel petat, etiam si non sit in actu voluntatis.

vel per alium. Sicut ergo Princeps apud Pontificem per suum Legatum orat, qui idcirco Orator Regius appellari consuevit, & impetrat per illam orationem: sic Ecclesia orare, & impetrare potest per Sacerdotem, quem quasi Legatum destinat ad Deum, ut Ecclesiae preces offerat.

125. *De hoc ca-
pitulo impetra-
tione fit ex
opere operantis.*
Vtrum vero hic valor, quem Missa habet ad impetrandum nomine Ecclesiae, & eius effectus dicens sit ex opere operato, vel ex opere operantis; est questio de nomine. Certum est, hunc valorem non inniti in bonitate, aut meritis ipsius Sacerdotis offerentis; quare potest esse, quod Sacerdos iniquus sit, & sacrilege offerat, ipsa tamen oblatio propterea ab Ecclesia offertur, sit bona & impetratoria: hoc tamen non videtur extrahere ab opere operantis; quia licet respectu Sacerdotis videatur esse ex opere operato, & ultra meritum ipsius: respectu tamen ipsius Ecclesiae, cui conceditur ille fructus, non est ultra valorem operis ab Ecclesia exhibiti: sicut si Dominus per famulum iniquum elemosinam daret ad impetrandum aliquid, tunc licet famulus peccaret ex iniqua intentione exequendo iussu Domini, ipse tamen Dominus impetraret non ex opere operato, sed operantis, ut constat.

126. *Etiam si Sa-
cerdos ex com-
municatio-
nem non possit
nomine Ec-
clesiae impetra-
re.*
Hinc fit primo, Sacerdotem excommunicatum, & praecisum, cui Ecclesia aufert potestatem offerendi eius nomine, non posse nomine Ecclesiae impetrare; quia Ecclesia non vult per illum ministrum offerre, vel orare. Secundo fit, valorem hunc crescere, vel decretere posse pro maiori, vel minori sanctitate ipsius Ecclesiae, quidquid subdubiter Vasquez diff. 229. n. 10. Sicut enim Orator Reipublicae eo facilius impetrabit apud Pontificem, quo persona illius Reipublicae gratior est ipsi, meliusque de ipso merita fuerint: sic orator Ecclesiae plus ponderis habebit ad impetrandum Ecclesiae nomine, si Ecclesia gratior Deo fuerit.

127. *Idem.*
Dices, Ecclesia est collectio fidelium, qui quotidie moriuntur, & nascuntur: hi autem, qui nunc sunt, non designant hunc Sacerdotem, ut pro iis oraret; hi enim non orant, quando hic factus est Sacerdos: quid ergo refert maior sanctitas horum ad impetrandum? ille enim solus impetrat, qui suam voluntatem Deo per Sacerdotem vult manifestare: hic autem iustus nunquam habuit voluntatem orandi per hunc Sacerdotem: quomodo ergo impetrare potest per ipsum, cum nihil voluerit per ipsum petere? Respondetur, Sacerdotem semper orare nomine Ecclesiae praesentis, non nomine Ecclesiae praeteritae, quae iam non est in statu offerendi sacrificium: hi autem fideles, qui nunc sunt, habent voluntatem sufficientem orandi, & offerendi per hunc Sacerdotem. Nam sicut fideles, qui nunc sunt dicuntur omnes designare hunc Sacerdotem, qui modo consecratur, ut pro ipsis oret, & offerat, licet eum non viderint; quatenus scilicet volunt esse membra Ecclesiae, & subdi Praelatis, ratumque habere, quod ipsi totius communis nominis decreverint. Sic etiam fideles, qui postea adveniunt, per eandem voluntatem, qua volunt esse Ecclesiae membra, & vivere eius legibus, volunt etiam implicite ratum habere, quidquid ab Ecclesiae Praelatis omnium fidelium nomine ad communem utilitatem factum est, & per consequens ratam habent designationem oratorum, & ministrorum factam ad communem omnium causam apud Deum perorandam. Potest ergo Deus acceptare has preces, tamquam preces singulorum fidelium, qui nunc sunt, & eas per suum Oratorem Deo offerunt.

128. *De sacrificio
cum eo fit a
Christo habet
vim etiam non
operantis.*
Denique cum Christus etiam sit principaliter offerens, consequens est, ut hoc Sacrificium propterea ab ipso etiam habeat vim impetrandi apud Deum; quae virtus nec depedit a bonitate, aut meritis Sacerdotis

proxime celebrantis, nec a meritis Ecclesiae, cum fundetur in meritis Christi volentis offerre per hunc ministrum: quare quantumcumque minister sit excommunicatus, & praecisus ab Ecclesia, semper retinet hanc potestatem offerendi, atque ideo & impetrandi nomine Christi: & ideo merito dicitur a Trident. sess. 22. ca. Oblatio munda, quae nulla indignitate aut malitia offerentium inquinari potest; quatenus scilicet a Christo offertur; nam propterea a ministro immediato, certum est aliquando inquinatam esse, & peccaminosam oblationem, quae ut sic non placet, sed displicet Deo.

Porro Sacrificium hoc habere valorem, & virtutem impetrandi, etiam propterea offertur, nomine Christi, probari potest ex institutione ipsius: fuit enim institutum a Christo hoc Sacrificium, ut succederet omnibus antiquis sacrificiis, eorumque omnium virtutem, & perfectionem in se uno superabundanter complecteretur, ut definit Concilium Trident. dicto cap. 1. in fine dicens, quod haec oblatio per varias sacrificiorum naturas, & legis tempore, similitudines figurabatur, ut pote quae bona omnia per illa significata, veluti illorum omnium consummatio, & perfectio completitur. Cum ergo in lege antiqua reperirentur victimae, non solum pro peccatis, & in gratiarum actionem, sed etiam pacificae, seu ad impetrandum; ad hunc etiam effectum debuit hoc Sacrificium institui. Non potuit autem Sacrificium impetratorium institui, quo principalis offerens, qui est Christus, impetrare non posset; nam esse impetratorium, est posse offerri ad impetrandum. Si ergo Christus non potest illud offerre ad impetrandum; ergo nec Sacerdos immediatus minister poterit; quia ipse non offert, nisi nomine Christi: ergo si nomine Christi non potest offerre ad impetrandum, non poterit illud villo modo ad impetrandum offerre.

Nec obstat, Christum non esse nunc in statu orandi, atque adeo neque impetrandi: ad hoc enim constat ex iis, quae diximus diff. 27. de Incarnat. sess. 4. Christum, licet nunc in caelo non oret, quatenus oratio videtur importare defectum potestatis in eo, qui orat, vere tamen representare Deo suam voluntatem circa ea, quae vult concedi hominibus; quae representatio potest dici oratio late sumpta, & minus proprie: haec autem sufficit ad nostrum propositum: sicut enim potest Christus per semetipsum, ita potest per Legatum, vel ministrum suum, qualis est Sacerdos, representare Deo voluntatem suam de donis concedendis; quae per oblationem huius Sacrificij ab hominibus postulantur. Poterit ergo Christus, dum offert, impetrare eo modo, quo offert, scilicet per ministrum, vel Legatum suum.

Hinc tamen oritur difficultas, quia, si hoc Sacrificium, propterea offertur etiam a Christo, est impetratorium; oportet, cum effectum esse omnino infallibilem. Cum enim Christus habeat plenam potestatem, neque oret quasi ex potestatis defectu, ut diximus, sed ad representandam suam voluntatem Patri, a quo accepit omnem potestatem in caelo, & in terra, necesse est, quod fiant ea omnia, quae per oblationem Sacrificij vult impetrare. Cum ergo effectus hic, sicut & alij, applicetur determinate a ministro, qui applicat Sacrificium ad impetrandam hanc, vel illam gratiam, quam applicationem facit, ut minister est Christi; ergo Sacerdos nomine Christi offert hoc Sacrificium ad impetrandum hoc beneficium; ergo id petit, ut minister, & legatus Christi; ergo necesse est, quod illud impetret: nam Christo petenti siue per se, siue per alium Legatum, Deus nihil negat.

Respondet, effectum hunc debito modo, eo scilicet, quo a Christo institutus est, esse infallibilem; quoties

Conc. Trid.

129.

*Hoc probatur
ex ipsius in-
stitutione.*

130

*Nec obstat
Christum non
esse nunc in
statu orandi.*

131.

*Hinc tamen
oritur
difficultas.*

132.

Respondetur.

Ioan. 16.

L. 1. c. 16.

S. Suarez.
Valquez.

133.

Restat diffi-
cultas de eo
dem sacri-
ficio prout est
satisfactio-
rium.
Suarez.
Valquez.
Corr. in h.
Conc. Trid.

134.

Aliqui ag-
noscunt in
hoc effectum
quandam uni-
uersalem.
S. Thomas.
Ruardus.

quoties enim Sacerdos ut minister Christi offert ad impetrandum aliquid iuxta ipsius Christi intentionem, infallibiliter impetrabitur, ut arguētum probat. Debet tamen hæc delegatio Sacerdotis intelligi, sicut verba illa Christi Ioan. 16. *Amen dico vobis; si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis;* quæ promissio, licet appareat vniuersalis; debet tamen intelligi cum debitis circumstantiis, quæ quia sæpe desunt, oratio non impetrat id, quod petimus. In eodem ergo sensu intelligenda est potestas impetrandi nomine Christi in hoc Sacrificio. Sicut si Rex mittat Legatum ad Pōtificem cum commissione, ut petat ipsius Regis nomine; scit tamen aliunde Pontifex, aliqua non peti iuxta intentionem, & voluntatem Regis, quam sibi compertam habet; tunc Legatus non impetrat, quia obstat voluntas eiusdem Regis. Sic aliquando Sacerdos non impetrat, licet offerat nomine Christi, quia obstat voluntas eiusdem Christi nolentis impetrare hic, & nunc; nec expediebat illam facultatem adeo amplam dari hominibus absque limitatione debita; cum partim ex ignorantia, partim ex affectu inordinato, impetrare vellet nomine Christi, quæ iuxta regulam Diuinæ sapientie concedi non deberent. An vero hic effectus impetrationis, quatenus in Christo offerre nititur, dicendus sit ex opere operato, negat Suarez disp. 79. sect. 2. §. Dico secundo. Affirmat vero Valq. disp. 229. c. 2. n. 12. de omnibus effectibus, etiam iis, qui non certa lege, sed aliquando conceduntur; quia quod non datur propter merita, vel operationem nostram, sed independentem ab eius bonitate, ut contingit in presenti, non datur propter opus operantis, sed propter opus operatum, sine respectu ad operantem; qui modus loquendi facile admitti potest: de re enim non potest esse dissensio.

Restat difficultas de tertio modo operandi quatenus hoc sacrificium est etiam satisfactorium, seu propitiatorium; quod in aliquo sensu ei negari non posse, probat late Theologi contra hereticos nostri tēporis. Videatur Suarez dicta disp. 79. Valq. disp. 228. & Coninch. q. 83. art. 1. dub. 7. & constat clare ex Tridentino sess. 22. c. 2. his verbis: *Docet sancta Synodus, Sacrificium istud vere propitiatorium esse, per ipsumque fieri, ut si cum vero corde, & recta fide, cum metu, & reuerentia, contriti ac penitentes ad Deum accedamus misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno, & can. 3. Si quis dixerit, Missæ Sacrificium tantum esse laudis, & gratiarum actionis, aut nudam commemorationem sacrificij in cruce peracti, non autem propitiatorium, & c. anathema sit.* Cōstat enim ex ritu, & verbis, quibus in oblatione vtimur, dicendo: *Offero pro peccatis, & offensionibus, & c. Qui tibi offerant pro redēptione animarum suarum, & c.* Denique, quia ad hunc effectum offertur pro animabus Purgatorij, ut his sacrificijs purgati liberentur à pœnis, quas pro peccatis patiuntur. Difficultas tamen est, quo pacto hoc sacrificium conferat hunc effectum, & liberet à debito pro peccatis: aliqui enim nimium extendunt, alij nimium restringunt hanc efficacitatem.

Aliqui ergo videntur in hoc sacrificio agnoscere efficaciam quandam vniuersalem, qua concurrat ex opere operato ad omnes effectus gratiæ, quos Christus per passionem suam meruit nobis, quacumque ratione illi fiant. Pro qua sententia Suarez sess. 1. in princ. assert. S. Thom. sess. 6. in 6. Ioan. & Ruardus art. 16. §. Manifesta est. Sed in alio sensu loquuntur, & quidem verosilicet, in hoc sacrificio esse aptitudinem vniuersalem, qua possit ad omnes gratias, & effectus applicari, neque eius virtutem alligari ad vnū, vel alterum genus, sed esse indifferentē ad omnes morbos, necessitates, gratias, & c. Difficilius lo-

quitur Catherinus, quem assert. idem Suarez, dum Catherinus infert, virtutem huius Sacrificij non nisi in Sacrificio crucis, neque ab illo pendere, quia infinitum est, sicut illud. Hoc tamen non potest stare cum verbis Tridentini illa sess. 22. c. 2. vbi probatur non derogari passioni Christi per hoc sacrificium, quia per hoc comunicantur fructus illius. Cuius quidem (inquit) oblationis cruentæ fructus per hanc vberime percipiuntur: tantum abest, ut illi per hanc quous modo derogetur. Alioquin fructus illi, & salus nostra inde proveniens non esset fructus passionis Christi, nec redemptionis in sanguine ipsius. Denique quia cum in hac oblatione incurritur Christus nunc non mereatur, vel satisfaciatur; debet eius efficacia fundari in meritis, & satisfactionibus præcedentibus, quæ per hoc medium nobis applicentur. Cum autem hæc applicatio fiat per hoc sacrificium in ordine ad ponēdos cum effectu fructus passionis Christi, non potest esse ita vniuersalis ad omnes effectus: non enim ponuntur omnes, sed aliqui determinationem est ergo hoc Sacrificium in actu secundo causa vniuersalis, præsertim cum Christus voluerit eius reiterationem, & frequentiam; quare non expediebat propter primam oblationem concedere totum, quod per omnes sequentes concedendum erat; iam enim aliz omnes essent superflue.

Alij indicant, huic sacrificio de Diuina promissione, seu ex opere operato nullum effectum correspondere: hoc enim non posset nisi ex promissione colligi, quæ tamen nulla reperitur, sicut reperitur facta sacramenta. Pro hac Suarez loco citato assert. Sotum, & Cordubam.

Cōmunis Theologorum sententia docet, hoc sacrificium habere aliquē effectū determinatū, & legēstabilē definitum, quem confert ex opere operato, alios item non ita determinatos, sed qui propter circumstantias variari possint: oportet igitur singulos breuiter percurrere, de quibus magis controvertitur.

Primo itaque dubitari solet, an hoc sacrificium conferat ex opere operato primam gratiam, & remissionem peccati mortalis: sermo autem est de sacrificio, ut sacrificium, non ut sacramentum est: de hoc enim iam egimus supra disp. 12. sect. 1. an possit aliquando sumentem conferre primam gratiam. Non defuerunt, qui dicerent, hoc sacrificium immediate conferre primam gratiam, & remissionem peccati mortalis: ablatus sit obex per attritionem, quos referunt Suarez sess. 3. & Valq. disp. 228. c. 1. pro quo afferuntur verba supra adducta Tridentini sess. 22. c. 2. vbi docet, sacrificium istud vere propitiatorium esse, & c. cuius rationem reddit, quia nimirum huius oblatione placatus Dominus ingratia quoque peccata, & crimina dimittit. Quæ verba desumpta videtur ex Alexandro primo, epist. 1. c. 4. cui consentit Iulius Papa relat. in c. cum omne crimen, de consecrat. d. 2. qui dicit, omne crimen, atque peccatum, oblati Dei sacrificijs, deleri. Afferuntur etiam alia Patrum loca, qui dicunt, hoc sacrificium offerri pro expiandis peccatis; quæ videri possunt apud prædictos Auctores.

Communis, & vera sententia Theologorum omnium negat talē efficaciam immediatā in hoc sacrificio: Auctores congerunt, & sequuntur Suarez & Valq. locis citatis. Probat primo, ex verbis eiusdem Tridentini supra relatis: cū enim ibi definitum esset, hoc sacrificium esse vere propitiatorium, & per eius oblationē deleri peccata, statim declarat modum, quo delentur peccata: *Huius quippe (inquit) oblatione placatus Dominus gratias, & donū penitentia concedens, crimina, & peccata etiā ingratia dimittit.* Non ergo dimittuntur, supposita sola attritione ante sacrificium, sed adueniente penitentia, quæ conceditur intuitu eiusdem Sacrificij. Nec obstant verba præcedentia: per hæc

Sacrificium fieri, ut si cum vero corde, & recta fide, cum metu, & reuerentia, contriti, & penitentes ad Deum accedamus, misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Sensus enim debet esse (vt notauit Vasq. n. 24.) accedentem cum attritione, postea ipsamet oblatione consequi auxilium, vt disponatur ad contritionem, & veniam suorum peccatorum.

138. Secundo probatur, quia si Sacrificium cum attritione delet ex opere operato culpam mortalem; ergo posset aliquis cum attritione sola nota, faciendo sibi applicari Missam, absque vlla alia contritione accipere omnia Sacramenta, saltem præter Eucharistiam; posset item Sacramenta omnia ministrare, posset (si in Missa, quando confiteri non potest, recordetur sui peccati) cum sola attritione prosequi: nam ipsamet consecratione, & oblatione iustificaretur. Sequeretur item, quando moribundus confiteri non potest, vel propter distantiam Confessarii, vel propter impotentiam dandi signum, debere pro ipso Sacrificium offerri, vt si attritus sit, virtute sacrificij iustificetur. Quæ omnia clare sunt contra omnium fidelium sensum.

139. Tertio argui potest, quia si Sacrificium haberet eam efficaciam in iis, pro quibus offertur, posset Sacerdos offerre vnam Missam pro omnibus, qui sunt in peccato mortali cum attritione, & tunc iustificarentur. Si enim ea efficacia arguitur ex eo, quod hoc Sacrificium offertur pro peccatis, hinc argueretur, posse per vnam Missam iustificari omnes peccatores; quia pro eorum omnium peccatis offerri potest, & de facto offertur. Quod argumentum magis vergeri potest contra aduersarios, qui illam efficaciam ad iustificandum colligunt ex verbis illis consecrationis, *qui pro vobis effundetur, vel effunditur in remissionem peccatorum*; quæ non de effusione in cruce, sed de sacramentali intelligunt. Illa autem verba in cena dicta fuerunt à Christo ad plures, nempe ad Apostolos omnes: ergo hoc Sacrificiū ex sua institutione non alligatur ad causandum illum effectū in vno, vel duobus, sed extendi posset ad plures & plures; atque adeo ad omnes peccatores attritos. Obiter autem aduerte cum Vasq. n. 23. verba Alex. Pape supra allegati, quæ ab aduersariis afferuntur, probantis, hoc Sacrificio crimina, & peccata deleri, ideoque in consecratione calicis dici, *qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum*, hæc (inquam) Alexandri verba non habere eum sensum, nec ibi probari remissionem peccatorum ex verbis consecrationis, sed potius remissionem illam peccatorum, quæ fit per hoc Sacrificium, asseri vt rationem non verborum consecrationis, sed superioris sententiæ, quod scilicet Christus nos docuit oblationem huius Sacrificij per verba illa, *Accipite, &c.* & postea subiungit rationem, quia crimina, atque peccata oblati huius Domino Sacrificijs delentur. Videatur Vasquez, qui id bene ex contextu probat.

140. Huc usque conuenio libenter cum Suarez, Vasq. & aliis recentioribus, qui illam efficaciam ad immediate iustificandum negant huic Sacrificio: ceterum non omnino placet, quod addunt, negari quidem non posse virtutem ad delenda peccata etiam mortalia; hæc tamen solum esse, quatenus impetrat auxilia ad penitentiam, vel contritionem, quæ peccata proxime deleantur. Hoc, inquam, non videtur satis explicare virtutem, quā Concilia, & Patres in hoc Sacrificio agnoscunt. Aliud enim est, quod potest operari hoc Sacrificiū, quatenus impetratoriū est; aliud vero, quod operatur, quatenus est propitiatoriū, seu expiatoriū; quæ duo distinguenda maxime sunt. Nā, vt supra diximus, & probauimus ex Tridentin. dicto

c. 1. in fine, debemus in hoc Sacrificio agnoscere in gradu excellenti, quæ in variis Legis veteris sacrificijs dispersa erant; quare cum in lege alia essent sacrificia ad impetrandū, alia ad gratiarum actionem, alia ad expiandū, & purgandū peccatum; debemus fateri, hoc Sacrificium non esse solum hostiam laudis, aut pacificam, & impetratoriam, sed etiam propitiatoriā pro peccatis: quo nomine faterentur Recentiores omnes Theologi, non intelligi solum penas, sed culpas etiā, quæ proprie dicuntur peccata; & ideo in Trident. can. 3. distincte, & seorsum positū esse, quod hoc Sacrificium sit propitiatoriū, & pro peccatis, penis, & satisfactionibus offerri debere. Non debemus ergo confundere virtutem, quam habet ad expiandū, & purgandū à peccatis, cum virtute ad mere impetrandū: iam enim hoc Sacrificium non aliter haberet virtutē ad expiandū, quā in ordine ad alias necessitates, aut dona spiritalia; quia sicut possumus petere alia dona, possumus petere auxilia ad contritionem habendam de peccatis.

Vt hoc igitur clarius intelligatur, aduertendum est, virtutem illam ad impetrandū habere terminum formaliter diuersum ab eo, quem habet virtus ad satisfaciendum, vel expiandū; nam illa prior tradit ad mouendā liberalitatem Dei, à qua impetrat bona; hæc vero posterior tendit ad clementiā, seu ad placandum Deum, ne irascatur, indignetur, & inferat malum. Aliud itaque est, mouere Deum, vt concedat bona; aliud vero placare illū, ne inferat mala: prius pertinet ad sacrificiū, vt est impetratoriū; secundum ad idem, vt est propitiatoriū, seu expiatoriū. Vnde Patres Concilij Trident. dicto c. 2. dum de Sacrificio hoc, vt propitiatorio loquerentur, notanter dixerunt: *Huius quippe oblatione placatus Dominus, gratiam, & donum penitentiae concedens, crimina, & peccata dimittit.* Placatur enim Deus sacrificio non vt impetratorio, sed vt propitiatorio; propterea sic enim tendit ad placandum. Fatemur ergo, Deum concedentem, auxilium ad contritionem, moueri etiam à Sacrificio, vt impetratoriū est: dicimus tamen, aliquem effectum interuenire ibi, qui correspondeat eidem Sacrificio, vt propitiatoriū est: propter peccata enim Deus iustam indignationem, & auersionē retinens, meritō negabat auxilia illa saltem vberiora ad contritionem; oblato tamen Sacrificio placatur, & deposita per clementiā indignatione, concedit ex liberalitate auxilia, quæ implacatus negaret: vnde Sacrificium vt propitiatoriū indirecte confert ad obtinenda auxilia, quatenus directe auert indignationis obicem, qui obstabat, ne concederentur. Non ergo confert ad delenda peccata impetrando solum, sed propitiando, & placando, qui est proprius effectus sacrificij, vt propitiatoriū est.

Hinc infero primo, quid dicendū sit ad aliud dubium, an hic effectus delendi peccata mortalia sit infallibilis. P. Vasquez n. 21. non solum collationem auxilij efficacis, sed neque etiā auxilij ad contritionem dicit esse effectum infallibilem huius sacrificij: quia, vt impetratoriū est, non habet infallibilitatem in operando; habet ergo virtutem ad impetrandū non solum auxilium sufficiens, sed etiam efficax ad contritionem; non tamen habet permissionem infallibilem Dei, sicut nec ad alia dona quæ similiter potest impetrare; quod etiam docuerat Suar. sect. 3. in fine.

Ego iuxta supradicta distinguendum censéo: nam vel loquimur de effectu, quem habet sacrificium præcise, vt propitiatoriū est, vel de eo, quem habet, vt est impetratoriū; primum existimo infallibilem esse eo modo, & ea mensura, qua alligatus est ex Diuina institutione; secundum vero esse infallibilem cum iis limitationibus, & conditionibus, quas impetra

141.

Terminus impetrationis est diuersus à termino satisfactionis.

142.

Inferitur quid respondendum sit ad dubium. Vasquez.

143.

Distinguendum est effectum quem habet sacrificiū vt propitiatoriū est ab eo quod

*habet ut im
peccatorum.*

impetratio habet, atque ideo posse plerumque non sequi. Prima pars probatur, quia effectus, quem hoc sacrificium, ut propitiatorium, habet in ordine ad remissionem pœnæ iuxta mensuram suæ institutionis, est semper infallibilis, si non detur obex, ut infra videbimus, & concedunt Suarez, Vasquez, & alij Theologi communiter. Cur ergo non dicemus idem de effectu in ordine ad remissionem culpæ, cum uterque procedat ab eadem virtute expiandi, & propitiandi? Confirmatur, quia sacrificia expiatoria antiqua infallibiliter conferebant suum effectum expiandi, & purgandi à maculis eo modo, quo ex sua institutione illum habebant: cum ergo hoc sacrificium in gradu excellenti illis sacrificiis, etiam ut propitiatoriis, & expiatoriis fuisse, atque adeo debeat in se habere perfectiones illorum; ut dixit Trid. illo c. 2. cōsequens est, ut debeat hanc etiā virtutē habere ad cōferendum infallibiliter suū effectū.

144.

*Hic effectus
consequitur
infallibiliter
suo modo.*

Dixi tamen, hunc effectum infallibiliter consequi eo modo, & ea mensura, qua ex Diuina institutione alligatus est: non habet enim hoc sacrificium ex Diuina institutione vim certam ad afferendam semper contritionem, sed ad placandum Deum; imo nec ad placandum omnino Deum, sed aliquando omnino, aliquando solum ex parte. Nam sicut in ordine ad pœnam non habet ex Diuina institutione virtutem ad placandum omnino Deum, ut vna Missa oblata; nullam omnino pœnam temporalem exigat, sed solum ut placeatur quoad partem pœnæ, si non adsit obex: sic in ordine ad placandum pro culpa nondum remissa, non videtur concedenda virtus illimitata, ut quantumque peccata præcesserint, statim, vna Missa oblata, placeatur omnino Deus, & non neget auxilia ad contritionem propter peccata præterita: potest enim hæc virtus esse limitata, ut præcedente tanto reatu culpæ, Deus placeatur vna vel duplici oblatione sacrificij; præcedenti autem maiori reatu, opus sit pluribus oblationibus: ita tamen, ut sicut vna oblatio, licet non auferat totam pœnam, auferat partem; sic vna oblatio licet non reddat omnino placatum Deum, reddat ex parte placatum. Que partialis placatio potest explicari vel dicendo positum iam esse titulum sufficientem, ut, si offeratur adhuc iterum, aut ter sacrificium, placeatur omnino Deus, vel dicendo, Deum esse ex parte placatū, quatenus, si prius, v.g. ob iustam indignationem negabat auxilia intensa ut octo, & ut quatuor; postea oblato semel sacrificio neget quidem auxilia ut octo, non tamen ut quatuor, & sic de aliis beneficiis: nam licet reatus directus pœnæ non remittatur etiam ex parte, nondum remissa culpa, potest autem Deus alicuius precibus, & à fortiori intuitu sacrificij, retinendo ius ad totam pœnam exigendam, non uti iure, quod ex peccato habebat, ad negandum aliquod beneficium peccatori; qua ratione possumus congruentius explicare proprium effectum huius sacrificij, ut propitiatoriū est, in ordine ad peccata mortalia tollenda.

145.

*Quid dicen-
dum sit quā-
do Missa of-
ferretur pro
multis.*

Vnde obiter infero, quando Missa offertur pro multis personis, sicut effectus remissionis pœnæ temporalis diuiditur inter omnes illas, ita ut omnes simul habeant, quod haberet vnus solus, si pro eo solo offerretur: sic hunc alium effectum in ordine ad mortalia, quem diximus cōpetere sacrificio, ut propitiatorium est, diuidi inter omnes, ita ut in ordine ad singulos minus placeatur Deus, quam si pro singulis solis oblata esset Missa; quæ diuisio iuxta supra dicta facile intelligi potest: nam licet remissio culpæ non sit diuisibilis, atque ideo, si per hoc sacrificium immediate remitteretur culpa, deberet remitti totaliter in omnibus, pro quibus offertur, ut supra dicebamus: placatio tamen Dei in ordine ad non negāda

auxilia ad contritionē, vel pœnitentiā, diuisibilis est, cum possit Deus manere respectu singulorum ex parte maiori, vel minori placatus, vel implacatus iuxta duplicē cōsiderationem assignatā numero præcedenti.

Addo denique, hunc ipsū effectum placandi Deum, quem diximus Sacrificio huic, ut propitiatorio, infallibiliter competere, probabile tamen mihi esse, posse impediri per obicem: nam sicut effectus remissionis pœnæ, licet certus sit, impeditur per obicem, nimirum si culpa non sit remissa; sic hic alius effectus placationis Dei supra explicatus potest habere obicem, v.g. si homo pro quo Missa offertur, habeat actuale affectum ad ipsū peccatum, vel etiam fortasse, si non habeat dolorē de illo. Sic enim Patres Trid. illo c. 2. declarantes hūc effectum, apposuerunt ex parte subiecti conditionem illam doloris de peccato, dicentes: *sacrificium istud vere propitiatorium esse, per ipsumque fieri, ut si cū vero corde, & recta fide, cum metu, & reuerentia, contriti ac pœnitenti ad Deū accedamus, misericordiam consequamur, & gratiā inueniamus in auxilio opportuno. Huius quippe oblatione placatus Dominus gratiam, & donū pœnitentiæ concedens, crimina, & peccata etiam ingenia dimittit.* In quibus verbis cōtineri videtur modus, quo diximus, Sacrificiū hoc ut propitiatoriū concurrere ad hūc effectum; & simul dispositio requisita ad illum, quod scilicet præcedat dolor aliquis de peccato. Frustra enim videtur velle Deum placare, qui adhuc effectū obtinatus adharet peccato, vel de eo non dolet.

Concludimus ergo ex dictis, hunc effectum, quod attinet ad placandum Deum modo explicato, esse infallibilem, saltem quoad partialem placationem, nisi adsit obex: quoad remissionem vero ipsius peccati cum effectu habedam, non semper ponimus primo, quia licet Deus virtute Sacrificij placeatur, ut non neget vberiora auxilia ad contritionem, propter indignationem ex peccato, potest tamen ea negare propter alias rationes suæ Diuinæ prouidentię; vel etiam quia subiectum de se non est physice capax, ut si non sit iam sui compos, vel non attendat, nec consideret ea motiua, sed sit omnino distractus ad alia: & licet hoc sacrificium ut impetratoriū possit impetrare eiusmodi auxilia, hoc tamen sepe impeditur, quia impetratio semper inuoluit condiciones multas, quæ faciunt effectum non esse infallibilem, ut dicemus. Denique licet dentur auxilia vberiora, illa tamen ex libertate ipsius hominis possunt non habere effectum, & reddi inefficacia; atque ideo non sequitur remissio peccati.

Dices: hoc Sacrificium non solum offertur pro auxilio sufficienti, sed etiam pro efficaci, scilicet ut Deus conuertat cum effectu peccatores, ergo habet valorem ad obtinendum auxilium efficace. Respondeo, valorem ad obtinendum auxilium quidem valorem ad illud obtinendum, sicut & alia beneficia, & dona Dei, hoc tamen non affert infallibilitatem, quia licet orationis impetratio impeditur ex multis capitibus, præsertim quando iuxta ordinem rectę gubernationis non expedit id concedi: sic & impetratio huius Sacrificij. Et certe non expediebat, impetrationem auxilij efficace esse infallibilem, quia iam donum ipsū perseuerantiæ haberetur ex lege Dei infallibili, oblato hoc sacrificio; unde magna securitas, & libertas peccandi daretur hominibus scientibus, postea habituros se infallibiliter, medio hoc Sacrificio, auxilium efficace ad iustificationem, & donum perseuerantiæ per alia auxilia efficace. Si ergo noluit Deus, auxilium efficace, vel perseuerantiæ donum alligare alicui Sacramento, tanquam effectum certum, sed relinquere nos cum timore, & dubio, ad maiorem cautelam; sic noluit illud

obligare tanquam effectum certum huius Sacrificii licet aliquando per Sacrificium possimus illud cum effectu impetrare.

Dices iterum; effectus huius Sacrificii, ut propitiatorij, infallibilis est, ut diximus: sed hoc Sacrificium ut propitiatorium confert ad habendum auxilium efficacius; placet enim Deum, ne neget auxilium efficacius, quod merito negaret indignatus, & implacatus; ergo etiam effectus erit infallibilis, saltem non existente obice. Respondeo, esse quidem infallibilem eum effectum; eo tamen modo, quo correspondet Sacrificio ut propitiatorio, habet enim Sacrificium virtutem certam ad placandum Deum totaliter, vel partialiter modo supra explicato, ne propter peccatum præteritum neget auxilium efficacius ad conversionem. Cæterum, posita ista placatione, non sequitur certo collatio auxilij efficacis: quia sicut ipsis iustis Deus non semper confert auxilia efficacius ad seruanda præcepta; sic peccatori contingit, sæpe non dari auxilia efficacius ad conversionem, licet id non proveniat ex indignatione Dei propter peccata præterita; confert tamen multum Sacrificij oblatio ad auxilium efficacius; tum quia per impetrationem potest illud directe, & potius obtineretur; tum quia indirecte conducit placando Deum, ne saltem propter indignationem retardetur ad procurando homini auxilium efficacius ad conversionem.

Ex dictis facile iam resoluemus dubia, quæ fieri solent circa alios effectus. Secundo ergo dubitari solet, an hoc Sacrificium confert ex opere operato augmentum gratiæ, non solum ut sacramentum, sed etiam ut Sacrificium. Affirmant aliqui apud Suarez *sect. 4.* & Vasquez *cap. 3.* Communis tamen, & vera sententia negat, quam tenent prædicti Auctores, & alij omnes Recentiores; tum quia abque fundamento promissionis Diuinæ tale effectum darentur Sacrificio: tum etiam, quia si eum effectum haberet, possemus vtiliter Sacrificium offerre pro augmento gratiæ paruulorum, præsertim quando sunt in moris periculo, ut eo pacto haberet maiorem gloriam in cælo; quod tamen est contra sensum, & praxim fidelium. An vero possit hoc Sacrificium impetrare auxilium ad actus bonos, quibus gratia augeatur? certum est; possit; & ad eum finem sæpe offertur; ille tamen effectus erit certus, vel incertus, sicut de aliis effectibus, qui impetrari possunt diximus & iterum dicemus.

Tertio dubitatur, an saltem per accidens possit hoc Sacrificium aliquando conferre primam gratiam, sicut solent de Sacramento Eucharistiæ, & aliis concedi. Respondetur negative; quod cum aliis docent Suarez, & Vasquez locis citatis: & quidem in nostra sententia negante id Sacramentis, necesse est idem dicere de Sacrificio: sed licet de Sacramento concedendum, ut notant prædicti Auctores, quia non potest dare primam gratiam per accidens id, quod per se non potest dare vilius gradum gratiæ, propterea de Sacrificio diximus non posse.

Quarto dubitatur, an virtute huius Sacrificij possit immediate haberi remissio peccatorum venialium. Certum est, conferre ad remissionem venialium, eo saltem modo, quo confert ad remissionem mortalium: quod ad minus probant loca Tridentini, & Patrum. Dubium est, an conferat etiam immediate. Communis sententia negat, quam sequitur Suarez *sect. 5.* & Vasquez *dist. cap. 3.* cum aliis Recentioribus; quam ego etiam veram existimo: sed eius probatio pendet ex quaestione illa, an de facto remittatur in hac vita culpa venialis absque infusione gratiæ: in

P. Ioan. de Lugo de Sacramentis.

qua partem negantem, quæ communis est, probare, pertinet ad tractatum de Pœnitentia, ubi (Deo dante) id ex professo probabimus.

Quomodo causet effectum remissionis pœnæ,

Quinto dubitatur de remissione pœnæ temporalis debite propter culpas remissas an sit affectus immediatus huius Sacrificij. Affirmat communis sententia Theologorum quos referunt, & sequuntur Suar. *sect. 6.* & Vasq. *c. 4.* qui probat ex Trid. *illa sess. 22. c. 2.* in illis verbis: *Quare non solum pro fidelium viuorum peccatis, pœnis, satisfactionibus; sed & pro defunctis in Christo nondum ad plenum purgati vite iuxta Apostolorum traditionem offertur.* Quod habetur etiam *can. 3.* Sed melius fortasse probatur ex *sess. 23.* decreto de Purgatorio in principio, ubi definitur, *Purgatorium esse, animasque ibi deventas, fidelium suffragiis, potissimum vero acceptabili Altaris sacrificio iuuari.* Ex quibus verbis constat à fortiori, non certius iuuari animas defunctorum per ieiunia, elemosinas, & alia viuorum suffragia, quam per Missæ Sacrificium non enim iuuarentur potissimum hoc Sacrificio, si certius aliis viis iuuarentur. Certum est autem apud omnes, animas non solum iuuari viuorum suffragiis per modum impetrationis, & mediare, sed immediate etiam, quatenus satisfactio operi correspondens illis applicatur, sicut & satisfactiones Sanctorum, quæ sunt in Ecclesiæ thesauro, applicantur per Indulgentias: de hac enim mutua satisfactionis communicatione inter iustos loquitur Cathéchismus Romanus titulo de Sacramento Pœnitentiæ, *num. 61.* dum dicit: *Qui Diuina gratia præditi sunt, alterius nomine possunt, quod Deo debetur, persolvere.* Et subdit: *Nec de hoc cuiquam fidelium dubitandi locus relictus est.* Certum ergo à fortiori erit, sacrificium Missæ prodesse per modum solutionis immediate, & non solum per modum impetrationis, qui modus non esset æquè utilis, cum non esset æquè certus.

Hinc inferitur, effectum hunc, si non adsit obex in eo, pro quo offertur, esse infallibilem, quod docent Theologi communiter, quos refert Vasq. *n. 29.* qui id probat ex illis verbis Trid. *sess. 22. c. 1.* quibus dicitur hoc sacrificium institutum esse, ut per illud sacrificij cruenti salutaris virtus in remissionem eorum quæ a nobis quotidie committuntur, peccatorum applicaretur, & c. 1. Oblationis cruentæ fructus per hanc uberissime percipiuntur. Unde *num. 31.* dicit, negari iam nulla ratione posse, hunc effectum infallibilem esse respectu viuorum, pro quibus offertur; ex hoc autem sequi manifeste, idem esse respectu defunctorum, cum ad utrosque æquè se extendat potestas Christi, qui hoc sacrificium instituit.

Addere possumus rationem à priori ex ipsa institutione sacrificij; quod, ut sæpe diximus, institutum est, ut succederet sacrificiis omnibus legis antiquæ, in quibus aliqua erant propitiatoria pro peccatis, & quæ effectum suum purgandi immediate, & infallibiliter operabantur, expiando sordibus illis, & immunditiis legali, quæcūq; illa esset: debuit ergo hoc sacrificium iuxta doctrinam Trid. *illo c. 1. in fine,* habere hanc perfectionem, & virtutem purgandi etiam independentem ab impetratione, & omnino certo, ut illa vetera sacrificia faciebant. Rursus hoc sacrificium ex sua institutione habet quod debeat semper offerri à Christo, vel immediate, ut in cœna; vel mediate per ministros eius nomine offerentes. Debuit ergo, propterea est à Christo offerente, habere virtutem satisfaciendi immediate, & soluendi: alioquin vilius esset ad satisfactionem nobis sacrificium oblatum ab homine puro iusto; quod quidem

V u nobis

153.

Quinto dubitatur de remissione pœnæ temporalis debite propter culpas remissas an sit affectus immediatus huius Sacrificij. Affirmat communis sententia Theologorum quos referunt, & sequuntur Suar. *sect. 6.* & Vasq. *c. 4.* qui probat ex Trid. *illa sess. 22. c. 2.* in illis verbis: *Quare non solum pro fidelium viuorum peccatis, pœnis, satisfactionibus; sed & pro defunctis in Christo nondum ad plenum purgati vite iuxta Apostolorum traditionem offertur.* Quod habetur etiam *can. 3.* Sed melius fortasse probatur ex *sess. 23.* decreto de Purgatorio in principio, ubi definitur, *Purgatorium esse, animasque ibi deventas, fidelium suffragiis, potissimum vero acceptabili Altaris sacrificio iuuari.* Ex quibus verbis constat à fortiori, non certius iuuari animas defunctorum per ieiunia, elemosinas, & alia viuorum suffragia, quam per Missæ Sacrificium non enim iuuarentur potissimum hoc Sacrificio, si certius aliis viis iuuarentur. Certum est autem apud omnes, animas non solum iuuari viuorum suffragiis per modum impetrationis, & mediare, sed immediate etiam, quatenus satisfactio operi correspondens illis applicatur, sicut & satisfactiones Sanctorum, quæ sunt in Ecclesiæ thesauro, applicantur per Indulgentias: de hac enim mutua satisfactionis communicatione inter iustos loquitur Cathéchismus Romanus titulo de Sacramento Pœnitentiæ, *num. 61.* dum dicit: *Qui Diuina gratia præditi sunt, alterius nomine possunt, quod Deo debetur, persolvere.* Et subdit: *Nec de hoc cuiquam fidelium dubitandi locus relictus est.* Certum ergo à fortiori erit, sacrificium Missæ prodesse per modum solutionis immediate, & non solum per modum impetrationis, qui modus non esset æquè utilis, cum non esset æquè certus.

Catechif. Rom.

154.

Hic effectus non est infallibilis, nisi ob hoc ob ex est infallibilis.

155.

Additur ratio ex ipsa institutione sacrificij.

nobis applicatum offeret immediate, & infallibiliter satisfactionem pro parte pœnæ temporalis, sicut alia opera satisfactoria. Fatendum ergo est obligationem à Christo factam & nobis applicatam, habere etiam, propter à Christo est, hanc virtutem auferendi partem pœnæ. Quia vero non potuit hoc habere ex eo, quod modo Christus satisfaciatur, cum Christus non sit in statu satisfaciendi; oportuit, hoc esse propter obligationem satisfactionis præteritam, quæ quoad partem saltem determinatam ex Christi institutione annexa sit oblationi præteritæ, ut non minus offerat Christus nunc sacrificium propitiatorium, quam in cœna, quando vere satisfaciebat per illam oblationem. Porro si habet hæc oblatio Christi annexam satisfactionem præteritam, quoad partem, necesse est, quod eius effectum conferat immediate, & infallibiliter; quia debet illum conferre ad modum, quo eum conferrent sacrificia hominibus iustus oblata, & quo cōferret oblatio, qua ipse Christus viator immediate offerret; in quibus casibus effectus immediate, & infallibiliter conferretur, si non esset obex in subiecto, pro quo offertur.

156.
Infallibilis.

Respondet.

Dices, sicut hoc sacrificium propter est à Christo, est propitiatorium, & satisfactorium, sic etiam propter à Christo est impetratorium: ergo sicut propter à Christo, habet infallibiliter suum effectum satisfactionis, sic etiam propter est à Christo debet habere infallibiliter effectum impetrationis. Respondet negando consequentiam. Ratio differentiarum est duplex: prima est quia sacrificia legis veteris, quibus hoc sacrificium in gradu excellenti successit, habebant quidem infallibiliter expiationem, seu purgationem à reatu saltem legali, non tamen habebant impetrationem infallibilem: hoc ergo sacrificium debuit habere satisfactionem & expiationem infallibilem in genere superiori, debuit etiam habere maiorem multo virtutem ad impetrandum, non tamen infallibilem. Similiter sacrificium oblatum ab homine iusto habet de se virtutem ad satisfactionem infallibiliter conferendam, vel offerenti, vel illi, cui offerens applicat suam satisfactionem; non tamen habet infallibilem impetrationem; sic ergo sacrificium oblatum à Christo debuit habere infallibilem virtutem ad satisfaciendum; maximam etiam, sed non infallibilem ad impetrandum. Secunda ratio differentiarum est quod certitudo satisfactionis nullum offerat inconueniens, qualia afferret multa, & magna, certitudo impetrationis: multa enim peterent homines nescientes quid petant, & quæ absque inconuenienti cōcedi non possent. Credibile tamen est quod cum debitis limitationibus, & circumstantiis habeat certam vim hoc sacrificium ad impetrandum: quia tamen illæ cōditiones sæpius desunt, idcirco non obtinetur, quod petitur: sæpe tamen Deus dat loco illius aliquid utilius ipsi petenti.

157
Inferitur
quid sit dictum
de bonis
temporalibus.
Valquez.

Hinc obiter etiam inferitur quid dicendum sit de virtute huius sacrificij in ordine ad bona temporalia, ad quæ certum est conferre hoc sacrificium, ut patet ex ritu, quo offertur, postulando hæc bona temporalia, sanitatem, pluviam, serenitatem, &c. valet ergo ad hæc impetranda. P. Valq. d. disp. 228. in fine, notat, hæc bona solum quatenus cōducunt ad bona spiritualia, posse hoc sacrificio obtineri quia Christus pro rebus temporalibus sine respectu ad spiritualia mortuus non est. Hoc tamen in tractatu de Gratia examinandum est ubi videbimus, licet Christus pro salute spirituali nostra solum mortuus sit, pertinere tamen ad eius dignitatem, ut bona etiam temporalia, dare, & obtinere possit hominibus, quibus ij facile allicientur ad eius cultum, & reuerentiam. Quare licet is, qui petit bonum temporale à Christo, & per Christum, id non referat ad salutem animæ, potest per

Christum obtineri, cum illud beneficium de se sit utile, ut homines ad Christum alliciantur.

Dubitat sextus, utrum remissio pœnæ temporalis obtineatur per hoc sacrificium, non solum ut propitiatorium est, & ex lege certa, modo explicata, sed etiam ut est impetratorium: an sicut possumus petere alia beneficia à Deo, sic possumus petere & impetrare hoc sacrificio remissionem pœnæ temporalis, non solum impetrandum auxilia ad bene operandum, & satisfaciendum pro pœna de condigno, sed etiam ut absque satisfactione nostra cōcedatur nobis, vel aliis, etiam defunctis, remissio pœnæ. Hoc dubium tractat late Suarez, sect. 6. & allegans vtriusque rationibus dicit, posse pie sustineri partem asserentem, quam ego etiam veram existimo. Sed questio est communis sacrificio & aliis orationibus, an viatorum, vel etiam beatorum possint impetrare pro aliis remissionem immediatam pœnæ, absque eo, quod ponatur noua satisfactio: quod ex professo tractandum est, & probandum in tractatu de penitentia.

Dubitat septimus, an hi alij affectus præter remissionem pœnæ qui non dantur infallibiliter ex lege certa, dicendi sint ex opere operato competere huic sacrificio. Negat Suarez, sect. 2. quia effectus, qui certo, & infallibiliter consequitur, exigit promissionem, & legem factam: alij autem effectus non infallibiles non exiunt talem legem, sed procedunt ex ipsa natura talis sacrificij. Secunda enim omni lege, & promissione, sacrificium ipsum propter suam dignitatem habet virtutem ad impetrandum, ut constat. P. Valq. disp. 229. 2. dicit, omnes illos effectus esse ex opere operato, quia omnia illa, quæ non pendunt ex bonitate, vel malitia ministri, vel offerentis, dicuntur procedere ex ipso opere, & per consequens non ex opere operantis, sed ex opere operato.

Hæc est quæstio, mere de nomine, in qua iuxta ea, quæ diximus supra disp. 4. de Sacram. in genere, scilicet breuiter dicendum videtur, conferri aliquid ex opere operato importare duo in communi modo loquendi: scilicet, quod opus ipsum de se afferat illum fructum absque intuitu meriti, aut dignitatis ipsius operantis, ut dicebat P. Valq. & rursus quod ita illum fructum afferat secum opus ipsum, ut, posito opere, ponatur & fructus absque vilo periculo frustrationis: hoc enim videtur significare voces illas, *ex opere operato*, nam si applicatio Reliquiæ alicuius Sancti afferat sanitatem uni, vel alteri ergo ex centum, qui sibi eam applicant, non dicetur, quod illa reliquia est medium ad sanitatem conferendam ex opere operato, nisi minus proprie, & lato modo, ut solum significat, id fieri absque intuitu dignitatis ex parte illius qui applicat, vel cui applicatur. Adde tamen, cum dictum sit, collationem auxilii ad penitentiam, & contritionem de peccatis esse effectum huius sacrificij, & quidem infallibilem, in certis tamen circumstantiis, & cum tali limitatione, potuit etiam dici eodem modo esse effectum ex opere operato; quod etiam de aliis effectibus dici posset, si ex lege Dei dentur saltem cum talibus, & talibus circumstantiis.

Restat breue dubium, utrum sacrificium, quod Christus per seipsum immediate obtulit in cœna, habuerit eandem virtutem, & eandem effectum, quos habet nunc, quando per ministros offertur. Nā Cano lib. 1. de locis Theolog. c. 13. in solut. 4. argumenti dicit, probabiliter posse negari, fuisse illud sacrificium propitiatorium, & alij referunt, fuisse de hoc disputatum in Concilio Tridentino, & nihil fuisse definitum. Ratio vero dubitandi fortasse fuit, quia satisfactio, quæ annexa est de facto huic sacrificio, oritur ex

Christi passionem; quare quando nondum erat posita illa satisfactio, non videtur fuisse valor ad extinguendum debitum poenae, sicut est modo.

Ceterum ipse Cano paulo inferius affirmat, fuisse vere propriarium, quod etiam supponit alij Theologi. Suarez *disp. 74. sect. 2. §. Rationes, quas, & disp. 76. sect. 1. col. 1. & alij* Recentiores, & merito, quia ex statu viatoris, quem Christus habebat, non solum non impendebatur, sed potius certo modo facilius reddebatur valor ad satisfaciendum: tunc enim vere poterat Christus satisfacere per oblationem: nunc autem non potest satisfacere, sed applicare satisfactionem praeteritam; quare tunc & poterat habere valorem ex ipsa satisfactione tunc exhibita, atque etiam ex satisfactione in cruce postea exhibenda, quam poterat Christus tunc offerre, & applicare, ut in virtute illius daretur tunc effectus aliquis, sicut antiquis Patribus collata fuerat gratia, & remissio peccati propter eius merita, & satisfactiones postea exhibendas.

SECTIO X.

De iis, quibus provenire possunt effectus huius Sacrificij, quatenus pro ipsis offertur.

163. Vpliciter potest aliquis participare fructum huius Sacrificij; primo, quando pro ipso offertur; secundo, quando ipse offert. Rursus ij, pro quibus offertur, aliquando possunt participare effectum per modum impetrationis; aliquando vero effectum satisfactionis pro poena temporalis, quem diximus provenire infallibiliter ex opere operato ab hoc Sacrificio illi, cui applicatur.

Incipiendo ergo ab hoc ultimo, certum est in primis posse fructum huius Sacrificij aliis quam ipsi offerenti provenire: quod constat ex natura Sacrificij, quod ut constat ex Paulo *ad Hebr. 5.* non solum pro offerente, sed & pro aliis offertur, constat etiam ex ipsa ordinatione Sacerdotis, in qua datur ei potestas offerendi pro vivis, & defunctis. Ceterum aliquae exiguntur conditiones, ut hodie effectus obtineatur. Primo dobitur, an necesse sit illum, pro quo offertur, esse baptizatum. Non enim desunt, qui velint id non requiri, ut catechumeno in gratia existenti proferat etiam effectus satisfactionis ex opere operato, si pro ipso offertur; unde si defunctus sit, iuvare poterit Missae Sacrificio non minus, quam alij defuncti baptizati.

164. Alij contra volunt, nullum prorsus fructum Sacrificij posse catechumenis applicari, scilicet nec satisfactionem, quae provenit ex opere operato, nec etiam impetrationem, quam habet Sacrificium independentem à dignitate offerentis. Ita Vasquez *disp. 2. 27. c. 3. & 4.* Alij denique negant de fructu satisfactionis ex opere operato; concedunt tamen de toto effectu, quem causat per modum impetrationis. Ita Suar. cum aliis multis *disp. 87. sect. 2. & disp. 79. sect. 10.* quae sententia etiam mihi verior videtur.

165. Et in primis loquendo de impetratione, quatenus nos provenit ab ipso Sacerdote, vel aliis, qui cum ipso offerunt; non videtur dubium, quin possit iis Catechumenis prodesse: & hoc fatetur ipse Vasquez *n. 3.* dicens, fructum huius Sacrificij ex opere operantis non minus posse offerri pro catechumenis, quam alia bona, & pia opera, ieiunia, orationes, elemosynas, &c. Difficultas sola est de fructu impetrationis, quem Vasquez appellat ex opere operato, an ad illum fructum communicandum possit pro iis offerri.

166. Rursus quod fructus satisfactionis ex opere operato. P. Ioan. de Lugo de Sacramentis.

rato non communicetur eiusmodi personis, contra est Theologorum sententia: & videtur ad minus id colligi ex locis, quae afferimus pro sententia eiusdem Vasquez. Ratio autem est, quia Baptismus est ianua ad Sacramenta, eorumque fructum participandum; & quamvis fructus redemptionis, & passionis Christi, quae per hoc sacrificium representatur, extendatur ad omnes etiam non baptizatos, prout ab ipso Christo immediate procedit: prout tamen per Ecclesiam, & eius ministros applicatur, solum communicatur iis, qui sunt visibiles Ecclesiae membra per Baptismum; ad eos enim pascendos data est potestas Ecclesiae. Cum ergo vnum ex mediis, quibus Ecclesia quasi pascit fideles, & applicat eis fructum illum, sit hoc Sacrificium, consequens est, ut sicut iis, qui sunt extra Ecclesiam, non potest applicare alia media, nec indulgentias, & alia eiusmodi, sic nec possit fructum huius Sacrificij immediate applicare.

167. Obijciunt primo, quia hoc Sacrificium offertur ab omnibus fidelibus etiam non baptizatis; ergo omnes possunt recipere eius fructum. Antecedens videtur colligi ex illis verbis Missae: *Hanc igitur oblationem servitutis nostrae, sed & cunctae familiae tuae, &c.* Catechumeni enim fideles pertinent ad Dei familiam; ergo illa oblatio est etiam illorum. Respondetur negando antecedens: in illis autem verbis nomine familiae intelligitur familia visibilis, ad quam non pertinet catechumenus, sed ad invisibilem per fidem internam, cuius signaculum externum nondum accepit. Certum autem videtur, quod ij qui non sunt Ecclesiae visibiles membra, non possunt offerre hoc Sacrificium. Nam Sacerdos non est Sacerdos Gentilium, sed solius Ecclesiae; ergo solius Ecclesiae est Legatus, & nuncius ad Deum; ergo non possunt per eum offerre, nisi qui sunt de hac Ecclesia reipublica, cui Christus reliquit hoc sacrificium, atque ideo sicut extra Ecclesiam non potest offerri; sic qui sunt extra Ecclesiam, non possunt illud valide offerre.

168. Dices, si Catechumenus stipem daret Sacerdoti, ut Missam celebraret, vel alias cooperaretur Sacrificio, videtur, quod aliquo modo offerret. Respondetur, offerret affective, atque ideo si esset in gratia, mereretur per illud bonum opus, sicut per alia pia opera; non tamen offerret effective, nec haberet fructum satisfactionis ex opere operato; quia illud signum non est institutum pro ipso in ratione Sacrificij; atque ideo, prout ab ipso, non significaretur ut Sacrificium: posset tamen utiliter dare stipem Sacerdoti, ut Sacerdos applicaret Missam ad impetrandum pro ipso, ut postea dicemus.

169. Dices iterum: Oblatio Sacrificij pertinet in omni lege ad cultum Dei; atque ideo omnes, qui pie volunt Deum, debent, vel possunt, vel per se, vel per alios offerre illud, & exercere hunc actum cultus, & religionis erga Deum. Cum ergo de facto non possit licite offerri aliud Sacrificium, abrogatis iam omnibus, quibus hoc unicum Sacrificium successit; consequens est, ut possint saltem hoc Sacrificium offerre Catechumeni ad hoc, ut possint debitorum religionis cultum exercere. Respondetur, sicut abrogata sunt omnia alia sacrificia: sic etiam abrogatae sunt omnes aliae leges, & praecipua, est Religio Christiana, quae omnes proficere, & ingredi debet Baptismum, & in qua satisfacere possunt debitorum offerendi verum Sacrificium; licet extra Ecclesiam non possint illud offerre.

170. Obijciunt secundo, quia hoc Sacrificium est Sacrificium laudis, & gratiarum actionis, offertur, pro Catechumenis, scilicet pro Sanctis, qui absque reali baptismo gloriam aeternam adepti sunt per martyrium, ut pro S. Emerentiana, & aliis similibus;

V u 2 item

Fructus sacrificij actionis ex opere operato non communicatur his personis. Ratio est, quia baptizatus est ianua ad Sacramenta.

167. Obijciunt primo.

Respondetur:

168. Instantia.

Diluitur:

169. Instantia.

Respondetur:

170. Obijciunt secundo.